

Christian Ludwig II., Mecklenburg-Schwerin, Herzog

**Quod Iussu Et Avctoritate Serenissimi Principis Ac Domini Christiani Ludovici,
Ducis Regnantis Megapolitani ... Nuper Promulgatum Est, Edictvm Rector Et
Concilivm In Academia Rostochiensi Nvnc Pvblco Hoc Programmate Cvm
Civibvs Academicis Denvo Commvnicat, Et Lectissimam Stvdiosorum Cohortem
Svis Excitare Conatvr Adhortationibvs**

Rostock: Adler, [1748]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn791142167>

Druck Freier  Zugang



Leges etc
Academie Rostochiensis

~~Universitäts-Archiv~~

Rostock, Sign.

~~RIA 4~~

~~RIA 4~~

K. e. — 47. ¹⁻⁶⁹

38

QVOD
IVSSV ET AVCTORITATE
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
CHRISTIANI
LVDOVICI,
DVCIS REGNANTIS MEGAPOLITANI, PRINCIPIS
VETVSTAE GENTIS HENETAE, SVERINI ET RACEBVRGL,
COMITIS ITEM SVERINENSIS, TERRARVM ROSTOCHII
ATQVE STARGARDIAE DOMINI,

PATRONI AC CANCELLARI^I ACADEMIAE HV.
IVS MAGNIFICENTISSIMI,

DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,
NVPER PROMVLGATVM EST, EDICTVM

RECTOR ET CONCILIVM
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

NVNC

PUBLICO HOC PROGRAMMATE

CVM

CIVIBVS ACADEMICIS

DENVO COMMUNICAT,

ET

LECTISSIMAM STUDIOSORVM COHORTEM

SVIS EXCITARE CONATVR ADHORTATIONIBVS.



ROSTOCHI^I,

TYPIS IOANNIS IACOBI ADLERİ, ACADEMIAE TYPOGRAPHI

1748

* * *
Sublati in coelum manibus immortales iure meritoque agimus
gratias DEO OPTIMO MAXIMO, qui SERENISSIMO PRIN-
CIPI ac DOMINO, DOMINO CHRISTIANO LVDO-
VICO, DVCI REGNANTI MEGAPOLITANO, reliqua, PA-
TRONO ac CANCELLARIO huius Academiae MAGNIFICENTIS-
SIMO, DOMINO nostro longe CLEMENTISSIMO, indidit mentem
religionis purioris cupidissimam, & saluti subditorum suorum egregie
consulentem. Ex quo enim SERENISSIMVS PRINCEPS noster, PA-
TER patriae clementissimus, regimini terrarum Mecklenburgicarum
praeesse coepit, statim omnem curam omnemque industriam in eo
collocavit, vt DEI gloria amplificetur, salus subditorum stabiliatur, et
purior Euangelii doctrina sarta tecta conseruetur in prouinciis, Ipsius
imperio parentibus. Profecto nihil salutarius, nihil, quod maiorem
adferat fructum, à Principe ac rerum moderatore cogitari potest aut
perfici. Primam SERENISSIMO PRINCIPI ac DVCI nostro RE-
GNANTI curam esse, statum ecclesiasticum et rem sacram emendari,
quemlibet vel Ecclesiae vel scholae praefectum reddere officii rationem,
et in id serio incumbere, vt fidei suae commissos in vera sacrorum
cognitione et in moribus sanctis honestisque erudiat, tot mandata cle-
mentissima, tot ordinationes saluberrimae iam iam testantur. In pri-
mis vero nos, quibus in hac Musarum sede publicum docendi munus de-
mandatum est, ex documentis locupletissimis cognouimus, SERENIS-
SIMO PRINCIPI nostro, PATRONO et CANCELLARIO nostro
MAGNIFICENTISSIMO, Academiae suae Rostochiensis incrementum
atque salutem curae cordique esle. Mente veneramur deuotissima cle-
mentiam TVAM, SERENISSIME PRINCEPS, omni laude, praedicati-
one, litteris monumentisque decorandam, quam ipsis calendis Ianuarii ex
clementissimo SERENITATIS TVAE mandato, ad nos transmisso, lae-
tabundi cognouimus. In illo enim significaciones dedisti luculentissi-
mas, TE, DEO clementissime annuente, ceu indulgentissimum patriae
PATREM, pro singulari ac vere paterno in subditos Tuos affectu Aca-
demiae Rostochiensi pristinum florem esle redditurum. Ex auspiciis
anni adeo felicibus successus augurabamur prosperrimos. Et non sine
insigni laetitia augurium nostrum exitu iam comprobatum videmus.
Placuit enim SERENITATI TVAE hanc Musarum sedem nuper sta-
tutis ordinare saluberrimis, et litterarum cultoribus ea praecipere, quae
in Ecclesiae et Reipublicae emolumentum, Academiae florem ipsorum-
que propriam utilitatem vergunt. Haec, quibus Musas nostras ornasti,
beneficia animo suspicimus subiectissimo, et TE, SERENISSIME PRIN-
CEPS, vt decus et praefidium nostrum certissimum, et vt DEum quem-
dam tutelarem, cui ornamenta ac progressus disciplinarum debemus,
ad cineres usque venerabimur. Permitte vero, PATER patriae cle-
mentissime, vt ex more, in hac Academia recepto, edictum TVVM, quod
iam ante tres hebdomades hic promulgatum et publici iuris factum est,
nunc etiam huic programmati publico inseramus, et cum ciuibus nostris
academicis denuo communicemus. Est autem illud sequentis tenoris:

ANNO IOANNIS IACOBI ADIDICATA
ACADEMIAE TUDERICAE

Von Gottes Gnaden
Sir Christian Eudewig,
Herzog zu Mecklenburg, Fürst zu Wenden, Schwerin und
Ratzeburg, auch Graf zu Schwerin, der Lande Rostock
und Stargard Herr,

Sügen hiemit allen und jeden Unserer Lande Eingesessenen und Unterthänen, nächst Entbiethung Unsers gnädigsten Grusses zu wissen, und ist an sich vorhin fundbahr, was gestalt Unserer in Gott ruhende Vorfahren an der Regierung, von zeit zu zeit, mittelst Landes-Fürstlicher Verordnung, die mögliche Vorbehaltung gethan, daß niemand von eingeborbnen Mecklenburgischen Landes-Kindern, der nicht eine gewisse zeitlang auf der Universität Rostock studiret, und sich daselbst unverweßlich gehalten, auch fleißig bezeiget, mithin deßfalls schriftliche gute Zeugnisse von Doctoribus und Professoribus besagter Universität vorgeleget, einige Besförderung an Kirchen, Schulen, und sonstien, in den Mecklenburgischen Landen zu gewarten haben soll.

Wann Wir aber missfällig wahrgenommen, daß solchen heilsamen Verordnungen gehörig nicht nachgelebet, folglich gleich bey Antritt Unserer von GOTTE Uns anvertrauten Landes-Regierung, Landes-Väterlich billig bedacht sind, unter andern auch vorbeschagte lobliche Verordnungen geltend, und in genauer Beobachtung zu erhalten; So erneuern Wir dieselben hiemit und in Kraft dieses, aus Landes-Fürstlicher Macht und geheimer Vorsorge wohlbedächtlich;

Sezen und ordnen demnach durch gegenwärtige Unsere Patent-Verordnung in gnädigstem Ernst, daß alle und jede Studiosi, die sich der Theologie und folglich dem Dienst an Unsern Kirchen und Schulen widmen, zwei Jahre hindurch ununterbrochen, ohne langweiliges Ab- und Zureisen, auf Unserer Universität zu Rostock studiren, und bey den Doctoribus und Professoribus der Theologischen Facultät dergestalt unverweßlich, auch in öffentlichen und privat Lectionen sich fleißig bezeigen sollen, daß sie ein schriftliches Zeugniß ihres Fleisches, guten Wandels, und damit verknüpfter hinlänglicher Wissenschaften zum Predigt- oder Schul-Amt, unter der Theologischen Facultät Insiegel, und nahmentlicher Unterschrift gesampter Doctorum und Professorum, bey ihrem Abschied von der Universität, erhalten und vorlegen können. Welche Zeugnisse denn von besagten Facultäts Verwandten jederzeit so gewissenhaft und genau auszustellen sind, wie für GOTTE und Uns sie mit guten Gewissen es allemahl zu verantworten sich getrauen.

Gleichergestalt sollen auch alle der Rechte und übriger Wissenschaften Besessene wenigstens ein Jahr auf Unserer Universität Rostock studiret, und ohne ebenmäßige gute Lebens- und Geschicklichkeits-Zeugnisse, von der Juristischen, Medicinischen und Philosophischen Facultät, keine Besförderung zu einiger Bedienung in Unseren Landen zu erwarten haben.

Und damit diese Unsere Verordnung jedermann fund, auch desto vollkommener unterthänigst befolget werde, soll dieselbe auf Unserer Universität Rostock, an den gewöhnlichen Publications-Orten, insonderheit aber auch in allen vier Facultäten öffentlich angeschlagen werden. Urkundlich Unserer eigenhändigen Unterschrift und aufgedruckten Fürstlichen Insiegels; Gegeben Schwerin den 14. Februarii 1748.

Christian Eudewig (L. S.)

Clementiam SERENISSIMI DVCIS nostri REGNANTIS, omni prædicatione nostra maiorem, nobiscum perpendite, luenes Lectissimi, Studiosi Ornatissimi. DEI gloria, Ecclesiae et Reipublicae salus ac vestrum vestrorumque commodum intenditur, dum de vestris studiis et moribus formandis leges promulgantur. Animum itaque aduertite ad SERENISSIMI PRINCIPIS ordinationes saluberrimas, et in id strenue incumbite, vt in hac Academia vtilissimam exquisitæ ac reconditæ doctrinae suppellestilem vobis comparetis, et incorrupta morum integritate bonis omnibus placere queatis. Edictum SERENISSIMI PRINCIPIS à vobis serio exposcit, vt in posterum testimonia, omni exceptione maiora, de vestra eruditione, vita atque moribus exhibeantur. Vestrum itaque erit eam vitae et studiorum rationem ingredi, vt sanctissimo DEO placeatis, vt PRINCIPIS clementissimi mandatis obtemparetis, vt pietate, modestia, diligentia ceterisque virtutibus commendatissimi sitis illis, qui in hac Academia docendi munere funguntur, et de vestris studiis moribusque coram DEO ac PRINCIPE rationem reddere & testari iubentur. Vestra iam salus agitur, ad vestram virtutem et eruditionem sapientissima haec instituta tendunt, illaeque ordinationibus, ad DEI gloriam et salutem communem valentibus, in tutiorem stabilioremque locum promouentur. Macti itaque vestra virtute, Studiosi Lectissimi, hoc agite, vt verae in DEVVM pietati operam nauetis sedulam, vt virtutem sectemini et honestis actionibus perpetuo studeatis. Laudem et decus quaerite in speciminibus academicis, priuatim et publice edendis; frequentes adesse Respondentes, Opponentes atque Auditores vestris Professoribus. Hoc modo abitum ex Academia parantes, testimonia accipietis, quae vobis iucunda erunt et largissimo fructu salutaria.

TV vero, Omnipotens DEVS, stator patriae nostræ et vniuersi terrarum orbis, cuius nutu et arbitrio PRINCIPES in excelsa statione collocantur, SERENISSIMVM PRINCIPEM nostrum Tuo numine rege, protege, defende. Ipsius consiliis prosperitatem adde; ipsius regimini securitatem largire diuturnam; ipsi concede senectutem tranquillam, ac vegetam, spatium vitae extentum et quaecunque PRINCIPIS Christiani et vere magni possunt esse desideria. Serua vniuersam DOMVM MECKLENBVRGICAM DVCALEM, vt numquam defint PRINCIPES, Ecclesiae Tutores et Nutricii Optimi, qui purioris religionis vigilem curam suscipiant, et veritatem, diuinitus patefactam, fortiter defendant. Sic sub diuino Tuo praesidio salua erit patria, salua academia, et nos omnes pie, tranquille, placideque vitam transigemus.

Quod reliquum est TIBI, SERENISSIME PRINCEPS, pro tot clementiae documentis, quae in Musas nostras exstare voluisti, humillas agimus gratias et mente deuotissima perpetuo habebimus. SERENITATI TVAE hanc Musarum fedem in posterum etiam omni mentis subiectione ita commendamus, vt post DEVVM à Tuis auspiciis Tuque nutu exspectemus statum Academiae Rostochiensis florentissimum.


P. P. SVB SIGILLO RECTORALI ACADEMICO,
DIE XVII. MARTII. A. O. R. MDCCXLVIII.

IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diversoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dieum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis parentia, luent. Quod si post ~~bene correctionem~~ incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, ~~at~~, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnicto cogunt, vel per ambages a veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitiates, qui sumtu nouitii epulati sibuntur, iis, qui mensa communab isto beneficio excludendis, inebriationes & ~~etiam~~ oriundacius impedianter, abhinc pl

VI. Poenae legum transacta Rectore & Concilio nec minimo remittendae, sed ad tenore executioni mandandae eru

VII. Nocturnos strepitos incolarum vel personae & clamores inconditos vel prohibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & trans custodiae militari tradentur Rector Academiae vel de



qui nouitios vel direlliciunt ad conuiuum modo pecunia emunguntur. Reliqui vero hospitierum carcere coercentur, per octo dies insuper menarum conuiuia, quo nubes & rixae tanto efficiuntur.

bus iudicialiter decretae sec mutandae, nec omnianae, sine villa deprecatio-

s, tumultus & alia, quiuntur, facinora, immotu iam severae leges insubitoribus, quibus cura demandata est, deprehensi manebunt, vsque dum issione, vel in carcerem

academ-